peremptorios Terra Infirmitate p maiori, Minorennitate Successorum, legatione intra uel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad Exercitum uel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea ultra primos et proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus uel triplicatis Euasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello, Conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo Nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Nobiles Turzanski, et Korczynskj mutuo Intercisam Roborant.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparentes Nobiles Alexander Turzanski ab Una, et Matwiey Korczynski olim Nobilis Iwan Korczynski Pechowicz Filius parte ab altera sani mentibus, et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti uero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quae ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo, et inuicem Una Pars alteri ac posteris utriusque Partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus 244

2262

Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data illius hic Praemysliae die hodierna In actu contenta confectam et conscriptam Manibus p interesse Nobilis Korczynski Scribere ignorantis Nobilis Nicolai Suchowski et sui Recognoscentis propriis Subscriptam In Omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, Punctis, Clausulis, articulis Vadiis ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit Satisfacere Intercisam praedictam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam Vicissim in toto referendo, ideoq sub Vadio Centum florenorum polonicalium per Partem Parti cum Successoribus Utriusq Partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae Omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo Proquo quidem Vadio modo praemisso ad Solvendum Succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisae praedictae non completa complenda Citata existente memorata Pars Una praemissa non tenens sive illius posteri ad instantiam Partis alterius ea omnia firmiter tenentis et complentis aut ipsius Successorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense exhunc recessu supratto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seq ac suos Successores ad eaq omnia inscribunt et obligant praesentibq illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate p maiori, Minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel alii s.

vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Evictationem praeterea ultra primos et proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, apellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis Evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Golembiowski Illustri et Magnifico Lubomirski Cedit

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Comparens personaliter Nobilis Alexander Golembiowski olim Nobilis Catherinae Golembiowska primarum olim Nobilis Iacobi Matyssowski, secundarum vero Nuptiarum Nobilis Alberti Bratkowski Consortis Steriliter de hac luce decessae Frater germanus et Successor Unicus Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac perexpressum recognovit Quia ipse de omni et integro Iure suo Videlicet de summa Quingentorum florenorum polonicalium per praefatum olim Nobilem Iacobum Matyszowski suprascriptae olim Nobili Catharinae Golembiowska sui Recognoscentis sorori germanae, Consorti Vero sua Legitimae Coram Actis Officij praesentis Castrensis Capitanealis Praemysliensis ratione Verae dotis et expeditionis post eam acceptae